Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XVI. De Anthemio Imperatore urbis Romae, & de iis, qui post illum imperarunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

A

Cap. XV.

De nuptiis Zenonis & Ariadnæ.

POrro Leo Zenonem ſibi generum adſcivit, datâ ei in conjugium Ariadne filiâ. Qui cum ab incunabulis Aricmeſius dictus eſſet, ſimul cum nuptiis nomen Zenonis aſſumpſit, ex quodam viro ita appellato, qui apud Iſauros ad ſummam gloriam pervenerat. Unde nam verò hic Zeno ad tantum faſtigium proceſſerit, & quâ de cauſa Leo cunctis eum prætulerit, ab Euſtathio Syro relatum eſt.

Κεφ. ιε΄.

Περὶ τοῦ γάμου ζήνωνος καὶ ἀριάδνης.

ΛΕων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται ζήνωνα, ἀρικμήσιον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον, μετὰ δὲ τοῦ γάμου καὶ τὴν προσηγορίαν προσκτησάμενον τινος παρὰ τοῖς ἰσαύροις ἐς μέγα κλέος ἐληλυθότος, οὕτω προσαγορευομένου. ὅθεν δὲ προήχθη οὗτος ὁ ζήνων, τίνος τε χάριν πάντων παρὰ τοῦ λέοντος προυκρίθη, εὐσταθίῳ ἐκτέθειται τῷ σύρῳ.

B

Cap. XVI.

De Anthemio Imperatore urbis Romæ. Et de iis, qui poſt illum imperarunt.

PEr idem tempus cum Romani Occidentales legationem ad Leonem miſiſſent, Anthemius à Leone miſſus eſt, ut Romanis imperaret, cui Marcianus Imperator propriam filiam deſponderat. Nec multò poſt Baſiliſcus frater Verinæ, conjugis Leonis Auguſti, Magiſter militum adverſus Gizericum mittitur cum lectiſſimis copiis. Quæ omnia à Priſco Rhetore diligentiſſimè conſcripta ſunt: ac præterea quemadmodum idem Imperator Leo Aſparem, qui imperium ipſi tradiderat, fraude circumventum interfecerit, hanc ei mercedem reddens promotionis ſuæ: filios quoque Aſparis ſuſtulerit, Ardaburium ac Patricium: quem quidem Leo paulo ante Cæſarem creaverat, ut Aſparis benevolentiam ſibi conciliaret. Poſt cædem verò Anthemii, qui imperium Romanum per annos quinque adminiſtraverat, Olybrius à Recimere Imperator renuntiatus eſt. Poſt quem Imperator factus eſt Glycerius. Quo expulſo, Nepos quinque annis imperium obtinuit Romanorum: Et Glycerium apud Salonas Dalmatiæ Epiſcopum ordinavit. Nepotem deinde Oreſtes imperio expulit. Cujus filius Romulus cognomento Auguſtulus, poſtremus Romæ factus eſt Imperator, mille & trecentis ac tribus annis elapſis à regno Romuli. Poſt quem Odoacer, rejecto Imperatoris nomine, Regis vocabulum aſſumens, res Romanas gubernavit.

Κεφ. ιϛ΄.

Περὶ ἀνθεμίου βασιλέως ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλέων.

ἘΚ πρεσβείας δὲ τῶν ἑσπερίων ῥωμαίων, ἀνθέμιος βασιλεὺς τῆς ῥώμης ἐκπέμπεται. ᾧ μαρκιανὸς ὁ πρὶν βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατενεγγύησε παῖδα. ἐκπέμπεται δὲ στρατηγὸς κατὰ γιζερίχου βασιλισκὸς, ὁ τῆς λέοντος γυναικὸς βηρίνης ἀδελφὸς, μετὰ στρατευμάτων ἀριστίνδην συνειλεγμένων. ἅπερ ἀκριβέστατα πρίσκῳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται,

C

ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ ἄσπαρα, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ ἀρδαβούριον καὶ πατρίκιον, ὃν καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν ἄσπαρος εὔνοιαν κτήσηται. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἀνθεμίου σφαγὴν, πέμπτον ἔτος τῆς ῥώμης βασιλεύσαντος, ὑπὸ ῥεκιμέρου βασιλεὺς ὀλύβριος ἀναγορεύεται, καὶ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς προχειρίζεται γλυκέριος. ὃν ἐκβαλὼν νέπως μέχρι πέμπτου ἔτους τῆς ἀρχῆς κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε ῥωμαίων τὸν γλυκέριον ἐς σάλωνας πόλιν

D

τῆς δαλματίας χειροτονεῖ. ἐκβάλλεταί τε ὑπὸ ὀρέστου, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τούτου παῖς ῥωμύλλος, ὁ ἐπίκλην αὐγουστοῦλος, ὃς ἔσχατος τῆς ῥώμης αὐτοκράτωρ κατέστη, μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους ἐνιαυτοὺς τῆς ῥωμύλλου βασιλείας. μεθ' ὃν ὀδόακρος τὰ ῥωμαίων μεταχειρίζεται πράγματα, τῆς μὲν βασιλέως προσηγορίας ἑαυτὸν ἀφελὼν, ῥῆγα δὲ προσειπών.